

SABBATO.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Philémonem.

Lectio i.

Paulus victus Christi Jesu, & Timotheus frater: Philémoni dilecto, & adiutori nostro, & Appia sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ, quæ in domo tua est. Gratiâ vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. Gratiâs ago Deo meo, semper memoriâ tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Jesu, & in omnes sanctos: ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

R. Ne perdidit. 296.

Lectio ii.

Gaudium enim magnum habui, & consolatiorem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & victus Jesu Christi: Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis. Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi utilis, quem remisisti tibi.

R. Paratum cor meum. 296.

Lectio iij.

Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe: quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii: sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, ut æternum illum reciperes: jam non ut servum, sed pro

servo charissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi meâ manu.

R. Adjutor meus. 296.

Vesperas.

Pæsta, quæsumus omnipotens Deus; ut semper rationabili meditantibus, quæ tibi sunt placida, & dietis exequamur, & factis. Per Dominum nostrum.

DOMINICA VI.

post Epiphaniam.

In primo Nocturno.

Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

Lectio j.

Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit.

R. Dómine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: * Miserere mei Dómine, quoniam infirmus sum. * Timor & tremor venerunt super me, & contéxerunt me tenebræ. Miserere mei.

Lectio iij.

Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducitur primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et

Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.

R. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas æquitatem, esto refugium pauperum in tribulatione: * Quia tu solus laborem & dolorem consideras. * Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Quia tu.

Lectio iij.

ET: Tu in principio Dómine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?

R. A dextris est mihi Dóminus, ne commovear: * Propter hoc dilatatum est cor meum, & exultavit lingua mea. * Dóminus pars hereditatis meæ, & calicis mei. Propter. Glória Patri. Propter.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Athanasii Episcopi.

Orat. 2. contra Arianos, post medium.

Lectio iv.

Sipersonam, rem, tempus Apostolici dicti cognoscerent hæretici, nunquam humana in Deitatem transferentes, tam impiè & stultè adversus Christum sese habuissent. Id intueri licet, si initium lec-

tionis denuò repetitum probè excipias. Dicit enim Apostolus: Multifariam, multisque modis olim Deus locutus est patribus nostris per Prophetas: ultimus autem diebus locutus est nobis in Filio. Atque ita paulo post dicit: Perfecta ab eo nostrorum peccatorum purificatione, ipsum sedere ad dexteram majestatis in excelsis, tanto meliorem Angelis factum, quanto præstantius nomen præ illis sortitus est. De eo igitur tempore, quo nobis per Filium locutus est, cum peccatorum purgatio fieret, Apostolicum dictum mentionem facit. Quando autem nobis locutus est in Filio, aut quando purgatio peccatorum facta, aut quando natus est homo, nisi post Prophetas, idque in ultimis diebus? R. Notas mihi fecisti Dómine vias vitæ: * Adimplèbis me lætitiâ cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. * Tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Adimplèbis.

Lectio v.

Eindè cum narratio instituta esset de humana Verbi dispensatione, deque ultimis temporibus: consequenter commemoravit, Deum neque superioribus ætatis tacuisse, sed locutum esse per Prophetas: & postquam Prophætæ suo officio perfuncti sunt, & lex per Angelos pronuntiata est, & Filius etiam ad nos descendit, & ad ministrandum accessit, tunc demum necessario subintulit: Tanto melior Angelis factus: ostendere volens, quanto Filius præ servo excellit, tanto functione officioque servorum, Filii administrationem meliorem fuisse.

R. Dilligam te Dómine virtus mea: Dóminus firmamentum meum, * Et refugium meum. * Liberátor meus, Deus meus, adiutor meus. Et refugium.

Lectio vi.

Functionem igitur discernens Apóstolus tum veterem, tum novam, magna dicendi libertate úritur, ad Judæos scribens & loquens. Propter hoc igitur non in universum ex propria comparationis ratione dixit, quod major aut honoratior esset: ne quis quasi de ejusdem generis, & cum eo communibus rebus hæc verba intelligeret: sed ideò meliorem illum dixit, ut discrimen naturæ Filii ad res creatas indicaret.

R. Dómini est terra, & plenitúdo ejus: **V.** Orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo. **V.** Ipse super maria fundávit eam, & super flumina preparávit illam. Orbis. Glória Patri. Orbis terrarum.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii.

Cap. 13. d

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolas hanc: Simile est regnum cælorum grano sinápis, quod accipiens homo seminávit in agro suo. Et reliqua.

Homilia Sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 2. Comment. in cap. 13. Matth.

Regnum cælorum, prædicatio Evangelii est, & notitia Scripturarum, quæ ducit ad vitam, & de qua dicitur ad Judæos: Auferetur tibi regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus ejus. Simile est ergo hujusmodi regnum grano sinápis, quod accipiens homo seminávit in agro suo. Homo qui seminávit in agro suo, ad plerisque Salvátor intelligitur, quod in animis credentium seminat: ad alios ipse homo seminans in agro suo, hoc est, in semetipso, & in corde suo.

R. Ad te Dómine levávi animam meam. **V.** Deus meus in te confido, non erubescam. **V.** Custodi

animam meam, & eripe me. Deus meus.

Lectio viij.

Quis est iste qui seminávit, nisi sensus noster & animus, qui suscipiens granum prædicationis, & fovens sementem, humore fidei facit in agro sui pectoris pullulare? Prædicatio Evangelii minima est omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam, fidem non habet veritatis, hominem Deum, Christum mortuum, & scándalum crucis dicans. Cæteræ hujusmodi doctrinæ dogmátibus philosophorum, & libris eorum, & splendóri eloquentiæ, & compositioni sermónium; & vidébis quantò minor sit cæteris seminibus seméntis Evangelii.

R. Duo Séraphim clamabant alter ad alterum: **V.** Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sabaoth: **V.** Plena est omnis terra glória ejus. **V.** Tres sunt qui testimoniúm dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Sanctus. Glória Patri. Plena est.

Lectio ix.

Sed illa cum creverint, nihil mordax, nihil vividum, nihil vitale demonstrant: sed totum flaccidum marcidumque & mollium ebullit in ólera & in herbas, quæ cito arcescunt & corruunt. Hæc autem prædicatio, quæ parva videbatur in principio, cum vel in anima credentis, vel in toto mundo sata fuerit, non exurgit in ólera, sed crescit in arborum: ita ut volucres cæli (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei servitio mancipatas, sentire debemus) veniant & habitent in ramis ejus. Ramos puto Evangelicæ arboris, quæ de grano sinápis creverit, dogmatum esse diversitates, in quibus supradictarum volucrum unaquæque requiescit.

Te Deum laudamus. 13.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.

Simile est regnum cælorum grano sinápis, quod minimum est omnibus seminibus: cum autem creverit, majus est omnibus oléribus.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dóminum nostrum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mûli, abscondit in farine satis tribus, donec fermentatum est totum.

FERIA SECUNDA.

De Epistola ad Hebræos.

Lectio j.

Cap. 3.

Unde fratres sancti, vocationis cælestis participes, considerate Apóstolum, & pontificem confessionis nostræ Jesum: qui fidéllis est ei, qui fecit illum, sicut & Móyses in omni domo ejus. Ampliòris enim glóriæ iste præ Mòyse dignus est habitus, quantò ampliòrem honorem habet domus, qui fabricávit illam. Omnis namque domus fabricávit ab aliquo: qui autem omnia creávit, Deus est.

R. Quàm magna multitúdo dulcedinis tuæ Dómine, **V.** Quàm abscondisti timentibus te! **V.** Et perfecisti eis qui sperant in te Dómine, in conspectu filiorum hóminum. Quàm.

Lectio ij.

Et Móyses quidem fidéllis erat in tota domo ejus tamquam famulus, in testimoniúm eorum, quæ dicenda erant: Christus verò tamquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam, & glóriam spei usque ad finem, firmam retineamus. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem

tentationis in deserto.

R. Adjutor meus esto Deus: **V.** Ne derelinquas me. **V.** Neque despicias me Deus salutáris meus. Ne.

Lectio iij.

Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, abscóndit a Deo vivo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hódie cognominátur, ut non obdurétur eis vos fallaciá peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus. Dum dicitur: Hódie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda nostra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbaverunt: sed non universi qui profecti sunt ex Ægypto per Mòysen.

R. Benedicam Dóminum in omne tempore: **V.** Semper laus ejus in ore meo. **V.** In Dómino laudabitur anima mea, audiant manus et, & lætentur. Semper. Glória Patri. Semper.

FERIA TERTIA.

De Epistola ad Hebræos.

Lectio j.

Cap. 4.

Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur illiquis ex vobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex his, quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit: Sicut juravi in ira mea: Si introibit in requiem meam: & quidem operibus ad institutione mundi perfectis.

R. Auribus percipe Deus lacrymas meas, ne sileas à me: remitte mihi: **V.** Quoniam incola ego sum apud te, & peregrinus. **V.** Complaceat tibi, ut eripias me: Dómine ad adjuvandum me festina. Quoniam.

Lectio

Lectio ij.

Dixit enim in quodam loco de die septimā sic: Et requiēvit Deus die septimā ab omnibus opēribus suis. Et in isto rursum: Si introibunt in requiēm meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ii, quibus prioribus annūtiatum est, non introierunt propter incredulitatem: iterum tēminat diem quendam, Hōdiē, in Davīd dicēdo, post tantum tēporis, sicut suprà dictum est: Hōdiē si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. **R.** Stātuīt Dōminus supra petram pedes meos, & direxit gressus meos Deus: Et misit in os meum cānticum novum. **V.** Exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu misēriæ. Et misit.

Lectio iij.

Nam si eis Jesus requiem præs-tisset, numquam de illa loqueretur, posthac, die. Itaque relinquitur sabbatismus pōpulo Dei. Qui enim ingressus est in requiēm ejus, etiam ipse requiēvit ab opēribus suis, sicut à suis Deus. Festinēmus ergo ingredi in illam requiēm: ut ne in ipsum qui incipiat incredulitatis exēplum, Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio accipit: & pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritūs, compāgum quoque ac medullarum, & discretor cogitatorum & intentionum cordis. **R.** Ego dixi, Dōmine miserere mei: Sana animam meam, quia peccavi tibi. **V.** Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me Dōmine. Sana. Glória Patri. Sana.

FERIA QUARTA.

De Epistola ad Hebræos.

Lectio j. Cap. 6.

Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursum jacientes funda-

mentum penitentiæ ab opēribus mortuis, & fidei ad Deum, baptis-matum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii aeterni. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus, **R.** Ne perideris me cum iniquitatibus meis: Neque in finem iratum reserves mala mea. **V.** Non intres in iudicium cum servo tuo Dōmine. Neque.

Lectio ij.

Impossibile est enim eos, qui semel sum illuminati, gustaverunt etiam donum cœlestē, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt; rursum renovari ad penitentiā, rursum crucifigentes sibi metipsos filium Dei, & ostentui habentes.

R. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: Cantabo, & psallam dicam Dōmino. **V.** Exurge glória mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Cantabo.

Lectio iij.

Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: praterens autem spinas, ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima: cujus consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutē: tametsi ita loquimur. Non enim injustus Deus, ut obliviscatur opēris vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nōmine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministrastis.

R. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea. **V.** Lætabor & exultabo in te, psallam nōmini tuo Altissime. Deus meus. Glória Patri. Deus meus.

FE-

FERIA QUINTA.

De Epistola ad Hebræos.

Lectio j. Cap. 7.

Hic enim Melchisedech, rex Salem, Sacerdos Dei summi, quia obviavit Abrahæ regresso a cæde regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium divisit Abraham: primum quidem qui interpretatur rex justitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. **R.** Deus in te speravi, Dōmine non confundar in aeternum: in justitia tuā libera me, Et eripe me. **V.** Inclina ad me aurem tuam, & salva me. Et eripe me.

Lectio ij.

Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à pōpulo secundum legem, id est, à fratribus suis: quamquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generatio non annuerat in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc, qui habebat re-promissiones, benedixit.

R. Repletur os meum laude tua, ut hymnum dicam glōriæ tuæ, totā die magnitudinem tuam: noli me proficere in tempore senectutis. Dum defecerit in me virtus mea, ne derelinquas me. **V.** Gaudēbunt lābia mea cum cantāvero tibi. Dum defecerit.

Lectio iij.

Sine ulla autem contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur. Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia vivit. Et (ut ita dictum sit) per Abraham, & Levi, qui decimas accepit, decimā-

tus est: adhuc enim in lumbis patris erat, & quod obviavit ei Melchisedech. Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat (pōpulus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dicere? Translatio enim sacerdotii, necesse est ut & legis translatio fiat.

R. Gaudēbunt lābia mea cum cantāvero tibi: Et anima mea, quam redemisti Dōmine. **V.** Sed & lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam. Et anima. Glória Patri. Et anima.

FERIA SEXTA.

De Epistola ad Hebræos.

Lectio j. Cap. 11.

Est autem fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse saccula verbo Dei: ut ex invisibilibus visibilia ferent. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibuit Abel, quam Cain, obtulit Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur.

R. Confitebor tibi Dōmine Deus in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in aeternum: Quia misericordia tua Dōmine magna est super me. **V.** Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Quia misericordia.

Lectio ij.

Ide Henoch translatus est ne videret mortem, & non inveniebatur: quia transtulit illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus

se

se remunerator sit. Fide Noë responso accēpto de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens apertit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum: & iustitie, quæ per fidem est, hæres est institutus.

R. Misericordia tua Dōmine magna est super me: Et liberasti animam meam ex inferno inferiori.

Y. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me. Et.

Lectio ij.

Fide qui vocatur Abraham obdixit in locum exire, quem accepturuserat in hæreditatem: & exiit, nesciens quò iret. Fide demoratus est in Terra re promissionis, tamquam in aliena, in casulis habitandum cum Isaac, & Jacob coheredibus re promissionis ejusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem: cujus artifex, & conditor Deus.

R. Factus est mihi Dōminus in refugium: Et Deus meus in auxilium spei meæ. Y. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & factus est Dōminus protector meus. Et Deus Glória Patri. Et Deus.

SABBATO.

De Epistola ad Hebræos,

Lectio j.

Cap. 13.

Caritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Memento victorum, tamquam simul vinciti: & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile concubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus.

R. Ne perdidideris 302.

Lectio ij.

Sunt mores sine avaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit Non te deseram, neque derelinquam: ita ut confidenter dicamus: Dōmi-

nus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Memento præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum invententes exitum conversationis, imitami fidem. Jesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula.

R. Paratum cor meum. 302.

Lectio iij.

Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratiã stabilire cor, non escis; quæ non profuerunt ambulatibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

R. Adjutor meus. 302.

Si aliquod Festum Duplex celebratur in Sabbato ante Septuagesimam, in ij. Vesperis post Orationem Festi fit Comm. de Dominica, & in fine dicitur: Benedicamus Dōmino; alleluia, alleluia, &c. ut infra.

SABBATO

Ante Septuagesimam.

Ad Vesperas, Capitulum.

1. Cor. 9. d

Ratres, Nescitis quòd ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

Hymnus.

Jam sol recedit igneus:
Tu lux perennis Unitas,
Nostris, beata Trinitas,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecamur vespere,
Digneris, ut te supplices
Laudemus inter Coelites.
Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,

Sic-

Sicut fuit, sit jūgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

Y. Vespertina oratio ascendat ad te Dōmine. R. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.
Dixit Dōminus ad Adam: De ligno quod est in medio paradisi, ne comedas: in qua hora comederis, morte morieris.

Oratio.

Reces pópuli tui, quæsumus Dōmine, clemēter exaudi: ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nōminis glória misericorditer liberemur. Per Dōminum.

Y. Benedicamus Dōmino, alleluia, alleluia. R. Deo grãtias, alleluia, alleluia.

Et deinceps non dicitur Alleluia, usque ad Sabbatum sanctum. Sed post Deus in adiutorium, ubi dicebatur Alleluia, dicitur Laus tibi Dōmine, Rex æternæ gloriæ.

Si in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis occurrat Festum Dupl. vel Semidupl. transfertur in primam diem similiter non impeditam, ut dicitur in Rubrica de Translatione Festorum.

DOMINICA

in Septuagesima.

Ad Matutinum, Invitorium.
Præoccupemus faciem Dōmini:
* Et in psalmi jubilemus ei. Psalmus. Venite, exultemus, i.

In primo versu Psalmi omittitur Præoccupemus faciem ejus, &c. & ejus loco repetitur a Choro Invitorium.

Hymnus.

Primo die, quo Trinitas
Beata mundum condidit,
Vel quo resurgens Conditor
Nos morte victa liberat:
Pulsis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte queramus Deum,
Pars: Hymnalis,

Propheta sicut præcipit:
Nostras preces ut audiat,
Suamque dextram porrigit,
Et expiatis sordibus
Reddat polorum sedibus.

Ut quique sacratissimo
Hujus diei tempore
Horis quietis psallimus,
Donis beatis maneret.

Jam nunc paterna claritas

Te postulamus affatim:

Absint faces libidinis,

Et omnis actus noxius.

Ne foeda sit, vel lubrica

Compago nostri corporis;

Ob eujus ignis ignibus

Avernus urat acris.

Mundi Redemptor, quæsumus,

Tu probra nostra diluas;

Nobisque largus comoda

Vitæ perennis conferas.

Præsta, Pater piissime,

Patrique compar Unice,

Cum Spiritu Paráclito

Regnas per omne sæculum. Amen.

Antiphonæ, Psalmi, & Versiculi

Nocturnorum de Psalterio.

In primo Nocturno.

Incipit liber Génesis.

Lectio j.

Cap. 1.

In principio creavit Deus cœlum, & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quòd esset bona: & divisit lucem à tenebris. Appelavitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque est vespere & mane, dies unus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocavitque Deus firmamentum, Cœlum.

lum: & factum est vespere & mane, dies secundus.

R. In principio creavit Deus cœlum & terram, & fecit in ea hominem. * Ad imaginem & similitudinem suam. **V.** Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Ad imaginem.

Lectio ij.

Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocavit Deus aridam, Terram, congregationisque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & mane, dies tertius. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos: ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præset diem: & luminare minus, ut præset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram, & præset diem ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & mane, dies quartus.

R. In principio creavit Deus cœlum & terram: & Spiritus Dei ferebatur super aquas: * Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

V. Igitur perfecti sunt cœli, & terra & omnis ornatus eorum. Et vidit.

Lectio iij.

Dixit etiam Deus: Producat aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli. Creavitque Deus Cete grandia, & omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. Benedictixitque eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris avésque multiplicentur super terram. Et factum est vespere & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, & jumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum; & ait: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, universaque terræ, omnique reptili quod movetur in terra.

R. Formavit Dominus hominem de limo terræ, * Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. **V.** In principio fecit Deus cœlum & terram, & plasmavit in ea hominem. Et. Gloria Patri. Et.

In secundo Nocturno.

Ex libro Enchiridii Sancti Augustini Episcopi.

Cap. 25. 26. & 27. tom. 3.

Lectio iv.

Mortis supplicium Dominus homini comminatus fuerat si peccaret: sic eum munerans libero arbitrio, ut tamen regeret imperio, terreret exitio: atque in paradisi felicitate, tamquam in umbra vitæ, undè justitia custoditã

in meliõra conscenderet, collocavit. Hinc post peccatum exul effectus, stirpem quoque suam, quam peccando in se tamquam in radice vitaverat, pena mortis & damnatione obstrinxit: ut quidquid prolis ex illo, & simul damnata, per quam peccaverat, conjuge, per carnalem concupiscentiam, in qua inobedientia pena similis retributa est, nasceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores dolorisque diversos ad illud extremum cum desertoribus angelis, vitiatoribus & possessoribus & consortibus suis, sine fine supplicium.

R. Immisit Dominus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis: * Ut operaretur, & custodiret illum.

V. Plantaverat autem Dominus Deus paradiso voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat. Ut operaretur.

Lectio v.

Sic per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Mundum quippe appellavit eo loco Apostolus universum hominum. Ita ergo res se habebant. Jacbat in malis, vel etiam volubatur, & de malis in mala precipitabatur totius humani generis massa damnata: & adjuncta parti eorum, qui peccaverant, angelorum, luebat impie desertionis dignissimas penas.

R. Dixit Dominus Deus: Non est bonum hominem esse solum: * Faciamus ei adiutorium simile sibi.

V. Adæ verò non inveniebatur adiutor similis sibi: dixit verò Deus. Faciamus.

Lectio vi.

Ad iram quippe Dei pertinet justam, quidquid cæca & indomita concupiscentia faciunt libenter mali, & quidquid manifestis oper-

tisque pravis patiuntur inviti; non sane Creatoris desistente bonitate, & malis angelis subministrare vitam, vivacemque potentiam (quæ subministratio si auferatur, interibunt) & hominum, quamvis de propagine vitiatã damnatãque nascentium, formare semina, & animare, & ordinare membra per temporum ætates, per locorum spatia vegetare sensus, alimenta donare. Melius enim judicavit de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere.

R. Immisit Dominus soporem in Adam, & tulit unam de costis ejus: * Et edificavit eam, quam tulerat Dominus de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam, ut videret quid vocaret eam: * Et vocavit nomen ejus Virago, quia de viro sumpta est. **V.** Cùmque obdormisset, tulit unam de costis ejus, & replèvit carnem pro ea. Et edificavit. Gloria Patri. Et vocavit.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 20. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolum hanc: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam: Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. Homil. 19. in Evang. post principium.

Regnum cœlorum homini patrifamilias simile dicitur, qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis verò patrifamilias similitudinem rectius tenet, quam Conditor noster, qui regit quos condidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos dominus in domo? Qui habet vineam, universalem scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel justo usque ad ultimum electum, qui in fine mundi

di nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit.

R. Plantaverat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio: * In quo posuit hominem, quem formaverat. **V.** Productique Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave, lignum etiam vite in medio paradisi. In quo posuit.

Lectio viii.

Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam suam, mane, hora tertia, sexta, nona, & undecima operarios conducit: quia à mundi hujus initio usque in finem ad erudiendam plebem fidelium, prædicatores congregare non desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adam usque ad Noë: hora vero tertia à Noë usque ad Abraham: sexta quoque ab Abraham usque ad Moysen: nona autem à Moysè usque ad adventum Domini: undecima vero ab adventu Domini usque ad finem mundi. In qua prædicatores sancti Apostoli missi sunt, qui mercèdem plenam, & tardè venientes acceperunt.

R. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus, est sciens bonum & malum: * Videte ne fortè sumat de ligno vitæ, & vivat in æternum. **V.** Fecit quoque Dominus Deus Adæ tunicam pelliceam, & induit eum, & dixit. Videte.

Lectio ix.

Ad erudiendam ergo Dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore desistit operarios mittere: quia & prius per Patres, & postmodum per legis Doctores & Prophetas, ad extremum vero per Apostolos, dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultura laboravit: quamvis in quolibet modulo vel mensura, quis-

quis cum fide recta bonæ prædicator actionis extitit, hujus vineæ operarius fuit. Operator ergo mane, hora tertia, sexta, & nona, antiquus ille & Hebræicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio, dum recta fide Deum studuit colere, quasi non desistit in vineæ cultura laborare. Ad undecimam vero Gentiles vocantur, quibus & dicitur: Quid hic statis totie die otiosi?

R. Ubi est Abel frater tuus? dixit Dominus ad Cain. Nescio Domine, numquid custos fratris mei sum ego? & dixit ad eum: Quid fecistis? * Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. **V.** Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce vox. Glória Patri. Ecce vox.

Nonum R. dicitur in Dominicis usque ad Pascha loco Hymni. Te Deum, qui non dicitur hoc Tempore, nisi in Festis.

AD LAUDES,

Antiphona. Miserere.

Psalms 50.

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Et

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiā: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projecas me à facie tua: * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui: * & spiritum principali confirma me.

Docèbo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Antiphona. Miserere mei Deus, tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Antiphona. Confitebor.

Psalms 117.

Confitemini Domino quoniam bonus: * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israël quoniam bonus: * quoniam in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicant nunc qui timeat Dominum: * quoniam in sæculum misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum: * & exaudivit me in latitudine Domini.

Domini mihi adjutor: * non timebo quid faciat mihi homo.

Domini mihi adjutor: * & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino, * quam confidere in homine: Bonum est sperare in Domino, * quam sperare in principibus.

Omnes gentes circumierunt me: * & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdedèrunt me: * & in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdèrunt me sicut apes, & exarsèrunt sicut ignis in spinis: * & in nomine Domini quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum ut caderem: * & Dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea Domini: * & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & saltus * in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltavit me, * dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam: * & narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus: * & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: * Hæc portas Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: * & factus es mihi in salutem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificátes: * hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud: * & est mirabile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus, * exultémus, & lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac, ò Dómine benè prosperáre: * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illuxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitebor tibi quóniam exaudisti me: * & factus es mihi in salutem.

Confite'mini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Antiphona. Confitebor tibi quóniam exaudisti me.

Antiphona. Deus Deus meus.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivet in te ánima mea, * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, & in via, & iniquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtutem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam melior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguedine repleátur ánima mea: * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adjutor meus.

Et in velaménto alarum tuárum exultábo, adhæsit ánima mea post

te: me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quesierunt ánimam meam, introibunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudábuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, & benedicat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exultent gentes: * quóniam júdicas pópulos in aequitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri, & Filio.

Antiphona. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, quia factus es adjutor meus.

Antiphona. Benedictus es.

Canticum trium puerorum.

Danielis 3. e.

Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicite Angeli Dómini Dómino: * benedicite cœli Dómino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: * benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedicite sol, & luna Dómino: * benedicite stellæ cœli Dómino.

Benedicite omnis imber, & ros Dó-

mi-

mino: * benedicite omnes spiritus Dei Dómino.

Benedicite ignis, & æstus Dómino: * benedicite frigus, & æstus Dómino.

Benedicite rores, & pruina Dómino: * benedicite gelu, & frigus Dómino.

Benedicite glácies, & nives Dómino: * benedicite noctes, & dies Dómino.

Benedicite lux, & ténébræ Dómino: * benedicite fulgura, & nubes Dómino.

Benedicat terra Dómino: * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedicite montes, & colles Dómino: * benedicite univérsa germínantia in terra Dómino.

Benedicite fontes Dómino: * benedicite mária, & flumina Dómino.

Benedicite cete, & ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedicite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedicite omnes béstia, & pécora Dómino: * benedicite filii hóminum Dómino.

Benedicat Israël Dómino: * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Dómini Dómino: * benedicite servi Dómini Dómino.

Benedicite spíritus, & ánime justórum Dómino: * benedicite sancti, & humiles corde Dómino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Dómino: * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem, & Filium cum sancto Spíritu: * laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es Dómine in firmaménto cœli: * & laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri, neque Amen.

Antiphona. Benedictus es in fir-

maménto cœli, & laudábilis in sæcula, Deus noster.

Antiphona. Laudáte.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum omnes ang eli ejus: laudáte eum omnes virtutes ejus.

Laudáte eum sol & luna: * laudáte eum omnes stellæ, & lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creata sunt.

Státut eum in ætérnum, & in sæculum sæculi: * præceptum pòsuit, & non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum ejus:

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & omnes cedri:

Béstia, & univérsa pécora: * serpentes, & vólucres pennatæ:

Reges terræ, & omnes pópuli: * principes, & omnes júdices terræ.

Juvenes, & virgines: sones cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum, & terram: * & exaltávit coram pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino canticum novaméntum: * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * & filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in

tympano, & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est Dómino in
pópulo suo: * & exaltábit mansue-
tos in salutem.

Exultabunt sancti in glória: * læ-
tabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in guttore eó-
rum: * & gládii accipientes in máni-
bus eórum:

Ad faciendam vindictam in natió-
nibus: * increpationes in pópulis.

Ad alligandos reges eórum in com-
pédibus: * & nobiles eórum in má-
nicis férreis.

Ut faciant in eis iudicium conscri-
ptum: * glória hæc est ómnibus
sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

Laudate Dóminum in sanctis
ejus: * laudate eum in firma-
mento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: *
laudate eum secundum multitudi-
nem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * lau-
date eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & cho-
ro: * laudate eum in chordis, &
órgano.

Laudate eum in cymbalis beneso-
nantibus: laudate eum in cymbalis
jubilationis: * omnis spiritus laudet
Dóminum.

Glória Patri, & Filio.
Antiphona. Laudate Dóminum
de cœlis.

Psalmi supradicti semper dicun-
tur in Laudibus Dominicæ usque ad
Pascha.

Capitulum. 1. Cor. 9. d

Fratres, Nescitis quod ii, qui in
stádio currunt, omnes quidem
currunt, sed unus accipit bravium?
Sic currite ut comprehendatis.

Hymnus.

Æterne rerum Cónditor,
Noctem diemque qui regis,

Et téporum das tépora,
Ut álles fastidium.

Nocturna lux viántibus
A nocte noctem ségregans,

Præco diéi jam sonat,
Jubárque solis évocat.

Hoc excitatus lucifer
Solvit polum caligine:

Hoc omnis errónum cohors
Viam nocendi désérít.

Hoc nauta vires cólligit,
Pontique mítescunt freta:

Hoc, ipsa petra Ecclésiæ
Canente, culpam diluit.

Surgamus ergo strénue,
Gallus jacentes excitat,

Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.

Gallo canente spes redit,
Ægris salus refínditur,

Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.

Jesu labantes respice,
Et nos videndo corrige:

Si respicis, labes cadunt,
Fletuque culpa sólvitur.

Tu lux refulge sensibus,
Mentisque somnum discute:

Te nostra vox primùm sonet,
Et vota solvamus tibi.

Deo Patri, sit glória,
Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæculum.

Amen.

V. Domine refugium factus est nobis.

R. A generatione & progenie.

Ad Benedictus, Antiphona.

Simile est regnum cœlórúm hómini
patrifamilias, qui exiit primo mané
condicere operários in vineam
suam, dicit Dóminus.

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus
Dómine, cleménter exaudi; ut
qui justè pro peccatis nostris affligi-
mur, pro tui nómínis glória miseri-
córditer liberémur. Per Dóminum.

Ad

Ad Primam, Antiphona.

Conventiõne autem facta cum ope-
rariis ex denario diurno, misit eos
in vineam suam. Psalmus Deus in
nómine tuo, cum reliquis, ut in
Psalterio. 18.

Ad Absolutionem Capituli Lectio
brevis. Dóminus autem dirigat. 23.

Ad Tertiam, Antiphona. Ite &
vos in vineam meam, & quod jus-
tum fuerit, dabo vobis. Capitulum.

Fratres, Nescitis, ut supra. 312.

R. br. Inclina cor meum Deus, * In
testimonia tua. Inclina. V. Avérte
oculos meos, ne videant vanitatem, in
via tua vivifica me. In testimonia tua.

Glória Patri. Inclina. V. Ego dixi,
Dómine miserere mei. R. Sana ani-
mam meam, quia peccavi tibi.

Ad Sextam, Antiphona.

Quid hic statis tota die otiosi? res-
ponderunt, & dixerunt: Quia ne-
mo nos conduxit.

Capitulum. 1. Cor. 9. d

Omnis autem, qui in agone con-
téndit, ab ómnibus abstinét;
& illi quidem ut corruptibilem coró-
nam accipiat, nos autem incorrup-
tam.

R. breve. In ætérnum Dóminæ,
* Permanet verbum tuum. In ætér-
num. V. In sæculum sæculi veritas
tua. Permanet. Glória Patri. In
ætérnum. V. Dóminus regit me, &
nihil mihi déerit. R. In loco pás-
cuae ibi me collocávit.

Ad Nonam, Antiphona.

Voca operários, & redde illis mer-
cedem suam, dicit Dóminus.

Capitulum. 1. Cor. 10.

Bebant autem de spiritali, con-
sequente eos, petra: petra au-
tem erat Christus: sed non in plú-
ribus eórum beneplácitum est Deo.

R. br. Clamavi in toto corde meo,
* Exaudi me Dómine. Clamavi.
V. Justificatiões tuas requiram. Ex-
audi. Glória Patri. Clamavi. V. Ab

oculis meis munda me Dómine.
R. Et ab aliis parce servo tuo.

Ad Vesperas, Antiphona & Psal-
mus. Dixit Dóminus, cum reliquis,
ut in Psalterio. 100. Capitulum. Fra-
tres, Nescitis. 312. Hymnus. Lucis
Creator óptime. 102. V. Dirigátur
Dómine oratio mea. R. Sicut in-
censum in conspectu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dixit paterfamilias operariis suis;
Quid hic statis tota die otiosi? At
illi respondentes dixerunt: Quia
nemo nos conduxit. Ite & vos in
vineam meam: & quod justum fue-
rit, dabo vobis. Oratio. Preces pó-
puli, ut supra. 312.

FERIA SECUNDA.

De libro Génesis.

Lectio 1. Cap. 1.

ET creavit Deus hóminem ad imá-
ginem suam: ad imaginem Dei
creavit illum, másculum & feminam
creavit eos. Benedixitque illis Deus,
& ait: Crescete, & multiplicamini, &
replete terram, & subjicite eam, &
dominamini piscibus maris, & vola-
tilibus cœli, & univérsis animalibus,
quæ movéntur super terram. Dixit-
que Deus: Ecce dedi vobis omnem
herbam afferentem semen super ter-
ram, & univérsa ligna quæ habent in
semetipsis sementem generis sui, ut
sint vobis in escam: & cunctis ani-
malibus terræ, omnique volúcri cœ-
li, & univérsis quæ movéntur in ter-
ra, & in quibus est anima vivens, ut
habeant ad vescendum. Et factum
est ita. Viditque Deus cuncta quæ
fecerat: & erant valde bona. Et fac-
tum est vespère & mané, dies sextus.
R. Dum deambuláret Dóminus in
paradiso ad auram post meridiem,
clamávit, & dixit: Adam ubi es?
Audiví Dómine vocem tuam, * Et
abscondi me. V. Vocem tuam au-
divi in paradiso, & timui: eò quòd
nudus essem. Et abscondi me.

Lecc

Lectio ij.

Cap. 2.

Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requievit die septimo ab universo opere quod partrarat. Et benedixit diei septimo; & sanctificavit illum: quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret. Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cælum & terram: Et omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis priusquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram: Sed fons ascendeat ab terra, irrigans universam superficiem terræ.

V. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, dixit Dominus ad Adam: cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos: Sed spinas & tribulos germinabit tibi. **V.** Quia audisti vocem uxoris tue, & comediti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Sed spinas.

Lectio iij.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. Plantaverat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formaverat. Productique Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suavē, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradism, qui inde dividitur in quatuor capita.

R. Formavit Dominus hominem de

limo terræ: Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. **V.** In principio fecit Deus cælum & terram, & plasmavit in ea hominem. Et. Glória Patri. Et.

Ad Magnificat, Antiphona.

Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstus.

FERIA TERTIA.

De libro Génesis.

Lectio j.

Cap. 2.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum: Præcepitque ei, dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque Dominus Deus: Non est bonum esse hominem solum: faciámus ei adiutorium simile sibi.

R. Tulit Dominus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis: Ut operaretur, & custodiret illum. **V.** Plantaverat autem Dominus Deus paradism voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formaverat. Ut.

Lectio iij.

Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & universis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea: omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen eius. Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & universa volatilia cæli, & omnes bestias terræ: Adæ verò non inveniebatur adiutor similis eius.

R. Dixit Dominus Deus: Non est bonum hominem esse solum: **V.** Faciámus ei adiutorium simile sibi.

V.

V. Adæ verò non inveniebatur adiutor similis sibi: dixit verò Deus. Faciámus.

Lectio iij.

Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam, quam tulit de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una.

R. Immisit Dominus soporem in Adam, & tulit unam de costis ejus: Et edificavit costam, quam tulit de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam, ut videret quid vocaret eam: Et vocavit nomen ejus Virago, quia de viro sumpta est. **V.** Cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea. Et edificavit. Glória Patri. Et vocavit.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dixit autem paterfamilias: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade.

FERIA QUARTA.

De libro Génesis.

Lectio j.

Cap. 3.

Ed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso, vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus illud, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad

mulierem: Nequaquam mortem moriemini. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum.

R. Plantaverat autem Dominus Deus paradism voluptatis a principio: In quo posuit hominem, quem formaverat. **V.** Productique Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suavē, lignum etiam vitæ in medio paradisi. In quo.

Lectio ij.

Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit eis: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam audivi in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit: Quis enim indicavit tibi quod nudus essem, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediti? Dixitque Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Quæ respondit: Serpens decipit me, & comedi.

R. Ecce Adam quatuor unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum: Videte ne forte sumat de ligno vitæ, & vivat in æternum. **V.** Fecit quoque Dominus Deus Adæ tunicam pelliceam, & induit eum, & dixit. Videteam.

Lec-

Lectio iij.

ET ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradiaris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ verò dixit: Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Et vocavit Adam nomen uxoris suæ Heva: eo quod mater esset cunctorum venturum.

R. Ubi est Abel frater tuus? dixit Dominus ad Caïn. Nescio Dominus, numquid custos fratris mei sum ego? & dixit ad eum: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. **V.** Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce. Gloria Patri. Ecce.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tolle quod tuum est, & vade: quia ego bonus sum, dicit Dominus.

FERIA QUINTA.

De libro Genesis.

Lectio j.

ADam verò cognovit uxorem suam Hevam: quæ concepit & peperit Caïn, dicens: Possedi hominem per Deum. Rursusque

peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel pastor ovium, & Caïn agricola. Factum est autem post multos dies ut offerret Caïn de fructibus terræ mûnera Dômino. Abel quoque obtulit de primogenitiis gregis sui, & de adipibus eorum: & respexit Dôminus ad Abel, & ad mûnera ejus. Ad Caïn verò, & ad mûnera illius non respexit: iratusque est Caïn vehementer, & concidit vultus ejus. Dixitque Dôminus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si benè egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius.

R. In principio creavit Deus cœlum & terram, & fecit in ea hominem, & ad imaginem & similitudinem suam. **V.** Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Ad imaginem.

Lectio ij.

Dixitque Caïn ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cùmque essent in agro, consurrexit Caïn adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Caïn: Ubi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio. Num custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.

R. In principio creavit Deus cœlum & terram, & Spiritus Dei ferebatur super aquas: & Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. **V.** Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Et vidit.

Lec.

Lectio iij.

Dixitque Caïn ad Dôminum: Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui invenerit me, occidet me. Dixitque ei Dôminus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Caïn, septuplum punietur. Posuitque Dôminus Caïn signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum. Egressusque Caïn à facie Dômini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

R. Formavit Dôminus hominem de limo terræ: & Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. **V.** In principio fecit Deus cœlum & terram, & plasmavit in ea hominem. Et inspiravit. Gloria Patri. Et.

Ad Magnificat, Antiphona.

Non licet mihi quod volo facere, an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? dicit Dôminus.

FERIA SEXTA.

De libro Genesis.

Lectio j.

Cognovit autem Caïn uxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: & edificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui, Henoch. Porro Henoch genuit Irad, & Irad genuit Maviael, & Maviael genuit Mathusaël, & Mathusaël genuit Lamech. Qui accepit duas uxores, nomen uni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum. Et nomen fratris ejus Jubal: ipse fuit pater canentium citharæ & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noëma.

V. Tulit Dôminus hominem; & posuit eum in paradiso voluptatis: Ut operaretur, & custodiret illum. **V.** Plantaverat autem Dôminus Deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formaverat. Ut operaretur.

Lectio ij.

Dixitque Lamech uxoris suis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum. Septuplum ultio dabitur de Caïn: de Lamech verò septuagies septies. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam: & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Caïn. Sed & Seth natus est filius, quem vocavit Enos: iste cepit invocare nomen Domini.

R. Dixit Dominus Deus: Non est bonum hominem esse solum: Faciamus ei adiutorium simile sibi. **V.** Adæ verò non inveniebatur adiutor similis sibi: dixit verò Deus. Faciamus.

Lectio iij.

Cap. 5.

Hic est liber generationis Adam. In die, qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum & foeminam creavit eos, & benedixit illis: & vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. Et factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nonaginti triginta, & mortuus est. **V.** Immisit Dôminus soporem in Adam, & tulit unam de costis ejus: & Et edificavit costam, quam tulerat

rat Dóminus de Adam, in muliere, & adduxit eam ad Adam, ut vidéret quid vocáret eam: * Et vocávit nomen ejus Virágo, quia de viro sumpta est. **Y.** Cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, & replévit carnem pro ea. Et ædificávit. Glória Patri. Et vocávit.

S A B B A T O.

De libro Génesis.

Lectio j.

Vixit autem Malaléel saxaginta quinque annis, & genuit Jared. Et vixit Malaléel, postquam genuit Jared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaléel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Jared, postquam genuit Henoch, octingentis annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam.

R. Plantaverat autem Dóminus Deus paradísium voluptatis à principio: * In quo posuit hominem, quem formáverat. **Y.** Produxitque Dóminus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suáve, lignum etiam vitæ in medio paradisi. In quo.

Lectio ij.

Et ambulávit Henoch cum Deo: & vixit, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulávitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathúsala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathúsala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis: &

genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathúsala nongenti sexaginta novem anni, & mortuus est. **R.** Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum: * Vidéte ne fortè sumat de ligno vitæ, & vivat in ætérnum. **Y.** Fecit quoque Dóminus Deus Adæ tunicam pelliceam, & induit eum, & dixit. Vidéte ne fortè.

Lectio iij.

Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: vocavitque nomen ejus Noë, dicens: Iste consolábitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra, cui male dixit Dóminus. Vixitque Lamech, postquam genuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est.

R. Ubi est Abel frater tuus? dixit Dóminus ad Cain. Nescio Dómine, numquid custos fratris mei sum ego? & dixit ad eum: Quid fecisti? * Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. **Y.** Male dictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce vox Glória Patri. Ecce vox.

S A B B A T O.

ante Sexagesimam.

Ad Vesperas, Capítulum.

2. Cor. 11.

Fratres, Libenter suffértis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitute redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

Hymnus.

Iam sol recedit igneus:
Tu lux perennis Unitas,
Nostris, beata Trinitas,
Infunde amorem cordibus.

Te

Te manè laudum cármine,
Te deprecámur vespere,
Dignéris, ut te supplices
Laudémus inter Cœlites.
Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit júgeter
Sæclum per omne glória. Amen.
Y. Vespertina oratio ascendat ad te Dómine. **R.** Et descendat super nos misericórdia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

Dixit Dóminus ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: fac tibi arcam de lignis lævigatis, ut salvetur universum semen in ea.

Oratio.

Deus, qui cónspicis quia ex nulla nostra actiõne confidimus: concède propitijs; ut contra adversa omnia Doctõris Géntium protectione muniamur. Per Dóminum.

D O M I N I C A

in Sexagesima.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Præoccupémus faciẽm Dómini: * Et in Psalmis jubilémus ei. **Psalmus.** Venite, exultémus. 1.

In primo Versu Psalmi omittitur, Præoccupémus faciẽm ejus, &c. & ejus loco repetitur à Choro Invitatorium.

Hymnus Primo die. i. Antiphonæ, Psalmi & Versiculi Nocturnorum, ut in Psalterio.

In primo Nocturno.

De libro Génesis.

Lectio j. Cap. 5. & 6.

NOë verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, & Japheth. Cumque exissent homines multiplicari super terram, & filias creassent, videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in

ætérnum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, isti sunt portèntes à sæculo viri famosi.

R. Dixit Dóminus ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: replèta est terra iniquitate eorum: * Et ego disperdam eos cum terra: **Y.** Fac tibi arcam de lignis lævigatis, mansiõculas in ea facies. Et ego.

Lectio ij.

Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intẽta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus, Delèbo, inquit, hominem, quem creavi, à facie terræ, ab homine usque ad animãntia, à reptili usque ad volucres cœli: pœnitet enim me fecisse eos. Noë verò invenit grãtiam coram Dómino.

R. Noë vir justus atque perfectus, cum Deo ambulávit: * Et fecit omnia, quæcumque præcepit ei Deus. **Y.** Fecit sibi arcam, ut salvaretur universum semen. Et fecit.

Lectio iij.

HÆ sunt generatiõnes Noë: Noë vir justus atque perfectus fuit in generatiõibus suis, cum Deo ambulávit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo, & replèta est iniquitate. Cúmque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corrumperat viam suam super terram) dixit ad Noë: Finis universæ carnis venit coram me: replèta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lævigatis: mansiõculas in arca facies, & bitumine lines

in-